liſſimā cōmunionē: ꝓpt̄ glioſiſſimā reſurrectionē: ꝓpt̄ ſblimiſſimā aſcēſionē: ⁊ ꝓpt̄ limpidiſſimā ſecretoꝝ ꝯgnitionē. De pͥmo Job. xxix. Pulli aquile lābūt ſanguinē. Vn̄ dicit pulli aquile ⁊ nō corui. Aq̄la eñ auis libaliſſima ē: huiꝰ ergo aquile ieſu xp̄i pulli ſunt fideles qui q̄tidie in ſacro lābūt hūc ſāguinē quē in cena inſtāte paſſiōe libaliſſime apl̄is cōicauit Mat. xxvj. Bibite ex h̄ oēs: h̄ eñ eſt ſanguis meꝰ noui teſtamēti quē ꝓ vob effudi in remiſſionē mltoꝝ. Attēde ꝙ dic̄ multoꝝ nō oim. Propt̄ qd̄ dn̄s in cruce fleuit: qꝛ cū ſuffeciſſet ſanguis ſuꝰ in vna gutta redēptioni oim: ꝓfuit tn̄ redēptioni paucoꝝ: ſicut dicit Ber. Certe nūq̄ fuit aquila tā liberalis ſicut iſta q̄ carnē ꝓpͥā alijs auibus cōicauit ſiue cōicaret. Anſel. Nēpe quid miſicordiꝰ ⁊c̄. De ſecūdo pſ̄. Renouabit̄ vt aquile iuuentꝰ tua ⁊c̄. Verba ſūt pr̄is de filij reſurrectiōe. Fuit eñ filiꝰ dei renouatꝰ in reſurrectione ꝑ īmortalitatē. vn̄ Ro. vj. Chriſtꝰ reſurgēs a mortuis iā nō morit̄. Quā renouationē petebat dn̄s a pr̄e an̄ paſſionē Joh. xvij. Clarifica me pr̄ claritate quā habui ⁊c̄. Sic ꝗ̄ reformabit dn̄s corpꝰ hūilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpi claritatis ſue Phil̄. iij. Tūc eñ plumas miſiaꝝ p̄ſentiū ꝓijciemꝰ. Scimꝰ qꝛ aues nobiles q̄ debēt renouari claudunt̄ in loco ſecreto ⁊ veſcunt̄ carnibꝰ toxicatis. Sic multi pꝰ iueterati pctō optime īmutant̄: ⁊ renouāt̄ q̄tidie in clauſtro vbi veſcunt̄ dieta auſteritatis Job. vj. Que prꝰ nolebat tāgere aia mea: nūc p̄ anguſtia cibi mei ſunt. Coll̄. iij. Que ſurſum ſunt ſapite nō q̄ ſup terrā: ⁊ h̄ ſi cōſurrexiſtis cū xp̄o. De tertio h̄. Nunq̄d ad p̄ceptū tuū ele. ⁊c̄. Et i arduis ponet nidū ſuū. Aquila nr̄a xp̄s ieſus hodie eleuatꝰ ē ſup. ix. choros angeloꝝ. pſ̄. Aſcēdit ſup cherubin: ⁊ volauit vol. ſup pennas ventoꝝ. ſ. oim ſanctoꝝ. vn̄ nidū ſuū. i. habitationē ſuā i altiſſimis collocauit. ſ. in ſede maieſtatis ad dexterā pr̄is in excelſis. vn̄ āmiratiue clamabāt angeli in aſcēſu dei ⁊ hois Eſa. lxiij. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibꝰ de boſra. Nun[illegible] quid eñ prꝰ in celo hoiez viderāt ⁊ tātā gloriā. De q̄rto Job. xxxix. Oculi aquile de lōge ꝓſpiciēt. Certe aquila ꝑſpicax eſt [illegible] ſenſu cū ſolē videat in rota oculis irreuerberatis. Oia eñ ſecreta dn̄s lucide videt. vn̄ Heb. iiij. Oia nuda ⁊ apta ſunt oculis eiꝰ. vn̄ vidēs mala hois in terris clamat in celis Apoc. viij. Ve

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ve ve habitātib⁊ in terra. Sꝫ ꝑmittit. Audiui vocē vni⁊ aquile
volātis ꝑ mediū celū voce magna clamātis ve ⁊c.

## Sermo Tertius

Aſcendit pādēs iter ante eos Mich.iij.
Nō ꝙ aſcenſio ieſu xpi ad tria
vtilis ē: vicꝫ ad pctōꝝ interceſſionē: vie oſtēſionē: et
ad hoſpitij ꝑpationē. De pmo Joh.ij. Aduocatum
habem⁊ apud prēz i celis ⁊c. Joh.xiiij. Ego rogabo prēz ⁊ aliū
paclitū dabit vob: vt maneat vobiſcū ietnū: quē mūd⁊ nō pt ac
cipe. O q̄ȝ vtil' fuit h intceſſio ipis iuſtis. ſ. aptis. Sꝫ heu q̄rimo
niā depōet apō prēz ꝑ q̄b⁊ iutilit laborauit Eſa.xliij. Inuacuū
laboraui ſine cā: ⁊ vane fortitudinē meā ꝯſūpſi. ſ. moriēdo. Pro
pt qō fleuit Ber. Fleuit xp̄s i cruce: q: cū paſſio ſua ſufficeret re
dēptiōi oim ꝓfuit tn̄ redēptiōi paucoꝝ. De ſcōo h. Aſcēdit pā/
dens iter an̄ eos. Interl. Ut dux ad padiſū. Un̄ d: xp̄s dux nr̄
q: ip̄e dux aiaꝝ nr̄arū. Ducit quidē ꝑ viā nos dn̄s valde igno
tam. ſ. ad celū quē nob oñdit ad oſtiuꝫ padiſi qō reſerauit. Hec
via ignota fuit olim. Nā an̄ xp̄i incarnationē nullis ꝟtutib⁊ licꝫ
hoies aliq̄ eſſent deuoti ⁊ iuſti ⁊ fideles poterāt obtinere regnū
dei ſiue celoꝝ niſi mediator veniret dei ⁊ hoim. Oēs eīn tūc ad
inferos deſcēderunt: ſꝫ in aſcēſione h eſt hodie facta eſt via puia
etiā pueris baptizatis. vn̄ Aug⁊. Scti ex pte reſurrectiōis ſtati
vt de corpe exeūt celeſtē habitationē aſcēdūt qō antiq̄s prībus
nō dabat. De tertio Joh.xiiij. Uado pare vob locū: nō turbet
cor vr̄m neq̄ȝ formidet. Creditis in deū ⁊ i me credite: in domo
prīs mei māſiones multe ſūt Luc.xxij. Ego diſpono vob ſicut
diſpoſuit mihi regnū pr̄ me⁊ vt edatis ⁊ bibatis mecū ſup men
ſam meā. Illi cetere de quib⁊ ante dixerat Luc.xxij. Uos eſtis
qui ꝑmāſiſtis mecū in tēptationib⁊ meis.

## In feſto Penthecoſtes

Super quē requieſcet ſpūs me⁊ niſi ſu
per hūilē ⁊ quietū: ⁊ tremē
teꝫ ſermōes meos Eſa.lvi. Nō ꝙ ſpūſſctūs ꝑ quieq̄ȝ
allicit: vicꝫ ad reqeſcēdū in nob q̄ ſunt hūilitatis excellētia: cor/
dis mūdicia: orōnis pſeuerātia: ſpūal' ꝯcordia: ⁊ ubi diuini fre/
quētia. De pmo h. Sup quē reqeſcet ſpūs me⁊. Uer⁊ text⁊ dic

Ad quē reſpiciā niſi ad paupculū cōtritū ſpū. Propt̄ qd̄ venit ſpūſſctūs ſup diſcipulos hodie q̄ erāt ꝛ paupes ꝛ hūiles. Pau pertas eñ eligit̄ ab hūilib⁹: nec mirū: ipſi eñ erāt dīſcipli illius hūilimi doctoris qui ait Mat. xj. Diſcite a me ꝛc̄. Vñ etiā ſup mariā venit: qꝛ hūilima creatura fuit Luc̄. ij. Spūſſctūs ſupue niet i te. Propt̄ hūilitatē eñ ei⁹ dei fili⁹ eā ſibi aſſūpſit i matrē. Ber. Placet deo aīa illa q̄ ad hūilitatē in honorib⁹ ſp eſt inclia ta. De ſecūdo pš. Cor mūdū crea in me de⁹ ꝛc̄. Sz dr̄ Prouer. xx. Quis pōt dicere mūdū ē cor meū: pur⁹ ſuz a pctō. Vti ergo mūdo corde ꝛc̄. Mat. v. In tali corde libent̄ requieſcit ſpūſſan ct⁹ qd̄ dr̄ Sap. j. Nō habitabit i corpe ſubdito pctis. Na ſpūſ ſctūs diſcipline effugiet fictū: ſ; in mūdis cordib⁹ habitabit ꝛ ip ſa corda renouabit. vñ dr̄ Ezech. xxxvj. Dabo vob̄ cor nouū ꝛ ſpm̄ nouū ponā in medio vr̄i. ꝛ Ezech. xxxvij. Oſſa arida au di te vbū dn̄i ꝛ ſequit̄. Ecce ego mittā i vos ſpm̄ vitatis. De ter tio pš. Os meū aperui. ſ. in orōne ꝛ attraxi ſpm̄. vñ dr̄ Act. ij. Hi oēs erāt vnanimes pſeuerātes in orōne: cū mulierib⁹ ꝛ ma ria mr̄e ei⁹ ieſu. Glō. In orōne pſeuerāt q̄ ſpūm expectāt vñ eti am lr̄alit̄ dr̄. Q btūs Greg⁹. duz oraret in occulto latibulo ſbito lux imēſa ſup eum venit: qui viſo ſigno poſt triduū papa vrbis efficit̄. De q̄rto Act. j. Dū cōplerent̄ dies pentheco. erant oēs diſcipuli parit̄ in eodē loco tā animo q̄ȝ corpe. Et fact⁹ eſt repēſ te d̄ celo ſon⁹ tanq̄ȝ ſpūs vehemētis: ꝛ repleuit totā domū. In fra. Multitudis credentiū erat cor vnū ꝛ aīa vna. Glō. Unus ſenſ⁹: vna aīa: vna volūtas erat oīm. O q̄ȝtuz recordabāt q̄ oīa cōia hababāt. De q̄nto Act. x. Adhuc loq̄nte petro vba h. ſ. d̄ xp̄o ieſu cecidit. ſſ. ſup oēs q̄ audierūt vbū. O q̄ȝ ꝯſolatoriū ē il lud hijs qui libent̄ ꝛ attēte audiūt vbū dei. Vñ etiā dr̄ b ad quē reſpiciā niſi ad trementē ſermones meos.

## Sermo Secundus vnde ſupra

Flauit ſpūs tu⁹: ꝛ operuit eos mare. i. amari tudo cordis Exo. xv. Nō q̄ ſpūſſcti gr̄a triplicē cordis amaritudinē pficit in electis: vicȝ De pctōꝝ cōmiſſiōe: miſerorū cōpaſſiōe: ꝛ futurorū recordatiōe. De p̄mo Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos i amaritudie aīe mee. Glō. tibi ſatiſfaciā puniēdo meip pš. Dolor me⁹ renouat⁹ ē. Iō certe qꝛ ꝯcaluit cor meū i[illegible] m[illegible]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in meditatione mea exardeſcet ignis vicʒ ſpũſſcti. Vñ aut dolor
renouat⁹ ẽ. Nã q̃tidie d̃r dolor renouari: ſicut q̃tidie renouant̃
pctã. De ſcđo Job. xxx. Flebã quodã ſup eũ qui afflict⁹ erat: ⁊
aĩa mea ꝯpatiebat̃ paupi. Interl. Plus ẽ de ſe dare q̃ꝫ de alie/
nis: nã pl⁹ eſt cõpaſſio q̃ꝫ datũ. Eſt em̃ miſcđia de alieno cordis
malo miſeria. Hãc habuit ille pi⁹ pr̃ ſup filio ꝓdigo Luc. . Et
vidẽs eũ pr̃ miſcđia mot⁹ eſt. Spũs em̃ ſctũs veniẽs i nos facit
nos cõpaſſibiles ⁊ ꝓnos ad miſericordiã: nam .ſſ. eſt amor. De
terio Deut. . Utinã ſapent ⁊ intelligerẽt ac nouiſſima ꝓui/
derẽt. O ſi nũc futurũ iudiciũ cũ ſapiditate recordaremur: quã/
tam iã cordis amaritudinẽ haberem⁹ h̃ dolore cordis tact⁹ intri
ſecus Hiero. ait: Siue comedã: ſiue bibã: ſiue q̇cq̇d opis faciaꝫ
ſemp ſonat ille vox horribilis in aurib⁹ meis. Surgite mortui
venite ad iudiciũ. ps̃. A iuditĳs em̃ tuis timui.

## Sermo Tertius vnde ſupra

Lauit ſpũs ei⁹ ⁊ fluẽt aq̃. ſ. lachrymarũ ps̃.
Nõ q: gr̃a. ſſ. flãte triplices fluere fac̃
aq̃s. ſ. lachryimaꝝ: vicʒ In ꝯſideratiõe dñice paſſio
nis: i deuotiõe orõnis: ⁊ i recordatiõe celeſtiſ hitatiõiſ. De pmo
Ro. iiij. Cãitas d̃i diffuſa ẽ i cordib⁹ vr̃is p. ſſ. q̇ dat⁹ ẽ vob. Cari
tas inq̃ꝫ quã oñdit nob i cruce. h̃ caritas ꝓuocat nos ad lachry/
mas Eſa. xij. Haurietis aq̃s i gaudio đ fõtib⁹ ſaluatoris. i. đ xpi
vulnerib⁹. Vere caritas dei quã ãmirãs Greg. exclamãdo ait.
O mira circa nos tue caritatis dig̃tio: vt ſuũ redimẽs filiũ tra/
didiſti. De ſcđo Ro. viij. Ipe poſtulat ꝓ nob gemitib⁹ ienarra
bilib⁹. poſtulat. i. poſtular̃ fac̃. ps̃. Gemit⁹ me⁹ a te ñ ẽ abſcõdit⁹
Sic rex ezechias ꝯũtit faciẽ ad pietẽ ⁊ or- uit ad dñm: ⁊ fleuit fle
tu magno Eſa. xxxij. Et ſeq̃t. Audiui orõnẽ tuã ⁊ vidi lachry/
mas tuas. vñ Amb. Orõ lenit: lachryma cogit: h̃ vngit: illa pũ
git. De t̃tio ps̃. Spũs tu⁹ deducet me i terrã rectã. i. celeſtis habi
tatiõiſ. Itẽ ſup flumia babi. illic ſe. ⁊ fle. dũ re. ſion. Uere merito
flere poſſum⁹ dũ cogitam⁹ đ celeſtib⁹ gaudĳs q̃b⁹ carem⁹: ⁊ đ mi
ſerĳs q̃b⁹ inherem⁹.

## Sermo Quartus vnde ſupra

Quã bonus ⁊ ſuauis ẽ dñe ſpũs tu
us in oĩbus Cap. xij.
Glõ. Amor dei fõs toti⁹ bõitatiſ ẽ. Nõ q: tria opat⁹ ẽ

ſpūſſctūs i diſcipulis ſ̄m qđ trib⁹ vicib⁹ dat⁹ ē eis: vicȝ añ paſ
ſionē: poſt reſurrectionē: ⁊ poſt aſcēſionē. Et h̄ ad ppl'oꝝ erudi
tionē: ⁊ ad pctōꝝ remiſſionē: ⁊ ad ipoꝝ in tribulatiōe ↄfortatio
neȝ. De p̊mo Luc̄. ix. Cōuocatis ieſus. xij. diſcipul' dedit illis v̄
tutē ⁊ ptātē ſup oīa demōīa: ⁊ vt lāguores ſanarēt: ⁊ miſit illos
p̄dicare regnū dei. Ecce eruditio. Ꝙ q̄t ↄuſi ſūt ad ipoꝝ p̄dica/
tionē. vñ Act̄. ij. dr. Qui appoſiti ſunt ad fidē vno die circit̄ tria
milia hoīm: ⁊ h̄ ad p̄dicationē petri. De ſc̄do Joh̄. xx. Inſuffla
uit eis ⁊ dixit. Accipite ſpm̄ſctm̄ in vob: quoꝝ remiſeritis pctā
remittēt̄ eis. Uñ ſpālit̄ qui caput eccl'ie futur⁹ erat dixit Mat.
xvj. Quodcūqꝫ ſolueriſ ſup terrā ⁊c̄. Libent̄ ergo ſpūſſcti poſſu
mus iuocare grāȝ: qꝛ ipe eſt ↄſolatoꝛ optim⁹. Maxia aūt pec
catoris ↄſolatio ē remiſſio delictoꝝ. Anſel. Cōſolatio: leticia ſe
curitas: nolo vos niſi pnīa reduxerit vos. De tertio Act̄. j. Ap
paruerūt illis diſptite lingue tāqꝫ ignis. Ignis exp̄ſſit robur et
ↄſtātiā. Sicut eñ ignis teſtā mollē cōſolidat: ſic ſpūſſctūs i adū
ſis ↄfortat. Quā molles eñ huius doni receptionē fuerint apl'i:
ptȝ: qꝛ relicto dño oēs fugierūt timore mortis: imo petr⁹ colūna
toti⁹ eccl'ie xp̄m negauit ad vocē tenere ancille q̄ fuit i domo cay
phe. Ber. Oīpotēs p̊ncipē apl'oꝝ cadere pmiſit vt ſuā culpaȝ
diſcernēt q̄lit̄ alijs mi̇ſereri deberet. Cōfortati aūt ſpūſctō ibāt
gaudētes a ↄſpectu ↄcilij: imo libent̄ mortē p̄ fide xp̄i ſuſtinue/
rūt. Hoc totū opabat̄ donū ſpūſſancti.

## Sermo Quintus vnde ſupra

Apparuerūt illis diſptite lingue tāqꝫ
ignis ⁊c̄. Act̄. ij. Nō qꝫ
ſpūſſctūs i triplici ſpē legit̄ appuiſſe: vicȝ In colūba
i nube: ⁊ i igne. Et h̄ ppt̄ tres ſtat⁹ fideliū. ſ. Penitētiū: pficiēti
um: ⁊ pfectoꝝ. De p̊mo Mat. iij. Et ecce apti ſunt ei celi: ⁊ vi
dit. ſſ. deſcēdētē ſicut colūbā ⁊ veniētē ſup ſe. Chriſt⁹ baptizat⁹
typū gerit penitētiuȝ. Uñ aūt. ſſ. in colūba baptizatis baptiſmo
pnīe appuit. Nā colūba felle caret amaritudinis. ſ. pcti quā ad
hucipij i ſe hñt. In quib⁹. ſſ. locū ad manēdū nō hȝ Sap. j. nō
habitabat i corpe ſ̄bdito pctis Itē colūba ſup aq̄s ſedȝ: ⁊ viſa
vmbra accipitris ſtati affugit. In q̄ nōt̄ ſolitudo: nā pen itentes
malign⁹ inſequit̄. vñ ſtati poſt baptiſmū duct⁹ ē ieſus in deſtū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a ſpū vt tēptaret a diabolo. Greg. Cū lux diuina cor hoīs illu/
ſtrat. mox a diabolo tēptamēta ſuccreſcūt: vt idies pl' ſe vrgeri
ſentiat ꝙ diuine lucis radios neſciebat. De ſcdo Mat. xvij. Ec
ce nubes lucida obumbrauit eos. Glō. ſſ. in nube lucida appuit
Hec appitio facta ē i xp̄i trāſfiguratiōe: ad deſignādū ꝙ tranſfi/
guratis p pniaz: nubes h. i. ſſ. pbet pficiētib' refrigeriū ꝯ concu
piſcētias carnales. pſ. Trāſiui p ignē ⁊ aquā: ⁊ eduxiſti nos in
refrigeriū. ſ. p nubē. ſſ. De tertio h. Appuerunt illis diſptite lin
gue tāꝗ ignis ad deſignādū ꝙ. ſſ. viros pfectos ſpālit illumiat
ꝯ ...z: iflāmat ad amorē: ꝯſolidat ad tribulatiōez. vñ Act.
xiij. Sol exurit mōtes. i. xp̄us viros pfectos.

## De ſancta Trinitate

Gratia dñi nr̄i ieſu xp̄i: caritas dei ⁊ cōicatio ſſ. ſit cū oib' vob Cor. j. In vbis iſtis
triplex officiū ſiue dignitas ſctē trinitatis nob ad me
moriā reuocat: vicz Pr̄is auctas: filij benignitas: ⁊. ſſ. liberali/
tas.. Primuz quo ad pr̄is filij miſſionē: ſcdm ꝗ ad filij obediētie
executionē: tertiū ꝗ ad. ſſ. cōmunicationē. Primū nōt ibi. Cha
ritas dei. ſ. pr̄is. Glō. Cui' dilectio miſit filiū ſuum. Scdm ibi.
Gr̄a dñi nr̄i ieſu xp̄i. ſ. ꝗ pr̄e obediuit filiuſ. Tertiū ibi. Cōicatio
ſſ. ꝗ. ſ. ſe fidelibus effudit. De pmo. ſ. pr̄is auctoritate dr Eſa. vj.
Audiui vocē dñi dicētis. Quē mittā ⁊ ꝗs ibit nobiſcū. Ecce au
ctoritas mittētis. In hac pr̄is miſſiōe ſiue datione tria ꝯſiderāt
vicz. Quis: quid: aut cui mittat: vel cui det. Immēſis ē em̄ qui
dedit ⁊ ex nimia charitate Joh. iij. Sic de' dilexit mundū vt fi/
liuz ſuū vnigenitū daret Eph. iij. Propt nimiā charitatē ꝗ dile
xit nos de'. ſ. pr̄: q2 de' charitas ē Joh. iij. Itē ꝗd dedit? Uere
magnū: q2 filiū ⁊ ipm vnigeītū dedit. Et mai' ē ꝗ ſi plures ha/
buiſſet: ꝗs tñ oēs p nob dediſſet Ro. viij. Proprio filio ſuo nō
pepcit de': ſ pro nob ⁊c. Dedit ergo magnū quid: q2 filiū char
quid: q2 vnigenitū. Ber. O imēſa largitas ſūmi pr̄is: tā maxia
dona dātis. Dādo em̄ filiū ſuuz dedit filiū naturalē: filium coeq
lem: filium vnicū ſiue ſingularē ⁊c. Itē cui dedit: q2 mundo: ſcz
ingrato vel gratis. Joh. iiij. In hoc eſt charitas dei in nob nōꝗ
ſi nos dilexerim' deuz. Nos. ſ. mundani: imo filiuz miſſuz ſunt
perſecuti. Benignus ergo venit in malignum. ſ. munduz. Joh.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

v. Totus mũdus in maligno posit⁹ eſt. Omne qđ eſt in mundo ꝛc̄. Dedit aũt ꝑ neceſſariũ: qꝛ ſine ipſo eſſe nõ poterat. vñ ſequi tur Joh. iiij. Ut oĩs qui credit in ipm̄ non ꝑeat ſed habeat vitã eternã. O quãta hoĩs neceſſitas. Quia dr̄ Marc̄. xvj. Qui nõ credit condẽnabit. Certe nos oportet dei filiũ de virgine crede re eſſe natum: paſſum: reſuſcitatũ: ꝛ ad iudiciũ venturuꝫ. Hanc ergo charitatẽ ãmirãs Greg. ait. O mira circa nos pietatis dig̃ tio. O ineffabilis diuina charitas: vt ſeruũ redimeret filiũ tradi dit. De ſecũdo .ſ. filij benignitate quantũ ad obediẽtie executio/ nem. dicit Eſa. iij. Ecce ego ſum .i. aſſum vel p̃ſto ſum mitte me. Cum ergo dñs ꝛ pater diceret. Quẽ mittã non coegit ſ̄ volũta riã obedientiã filij ꝑaudiuit Eſa. xix. Clamabũt ad dñm a facie tribulãtis: ꝛ mitte eis ſaluatorẽ ꝛ ꝓpug̃torẽ q̃libẽt eos. Mag̃ ẽ gratia filij vt vltro ſe offerat ad obediendum vſq; ad mortem. De hac filij gratia ꝛ obedientia dicitur hoc. Cor. j. Gratia dñi noſtri ieſu chriſti qua ſcꝫ paſſioni ſe obtulit. Ecc̄. xxv. Gratiã fi/ deiuſſoris tui non obliuiſcaris. Dedit eñ animam ſuam pro te. Hec gratia filij eſt incõparabilis triplici ratione. Excedit enim delicta: merita: ꝛ temptamenta. Uere delicta: quia mundus to tus fuit plenus delictis: tñ gratia paſſionis ſuꝑauit: ꝛ adhuc po tens eſt ſuperare. vnde Ro. v. Ubi abundauit delictũ: ſuꝑabũ dauit ꝛ gratia. Glõ. Omia cõdonãs. Totũ eñ qđ de adam tra xiſti per originale. Totum quod prauis moribus addidiſti qđ aut actuale cõmiſiſti totum deleuit. vnde Eph. j. In quo habe mus redemptionem per ſanguinem eius, ꝛ remiſſionẽ peccato/ rum: ſ̄m diuitias gratie eius. Glõ. Que omnia dimittit. Item excedit merita que fecimus. vnde ad Thi. ij. Apparuit gr̃a ſal uatoris dei nr̃i: non ex operibus iuſticie q̃ fecimus nos: ſed ſ̄m ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit. vnde Greg⁹. Ue laudabili vita hoim: ſi remota pietate iudicet̃. Quia diſtricte diſcuſſa ma nu eculeos iudicis obruit̃. vnde placere ſe ſuſpiciebat̃. Iteꝫ ex/ cedit omnia temptamẽta: ꝛ hoc virtute iſtius gratie que omia ſuperat temptamẽta. vnde Heb. iiij. Adeamus cum fiducia ad thronum gratie: vt miſericordiam conſequamur: ꝛ gratiam in/ ueniam⁹ in tp̄e oportuno. Propter qđ dictũ eſt paulo Corinth. xij. Cum multũ temptaret ꝛ peteret temptationẽ ſtimuli a ſe re/

moueri. Sufficit inq̄t tibi gr̄a mea. De tertio. ſ. ſſ. l'balitate dr̄. H.
Et cōmunicatio. ſſ. Glō. quia cōmunis eſt patri ⁊ filio. Sit ſem/
per cū o'b' nobis magna liberalitas q̄ oibus ſe cōicat ⁊ effun/
dit ⁊ hoc tripliciter. Cōmunicat em̄ ſe nobis. ſſ. in dilectione. vn̄
Act. ij. Fact' eſt repente de celo adue. ⁊c̄. vn̄. Greg. Neſcit tar
da molimia ſpūſſancti gr̄a Apoc. iij. Ecce inquit ſto ad oſtium
⁊ pulſo ⁊c̄. Sed ideo ſibi non aperitur: quia tanti nuncij viſi/
tatio ignorat̄. Ber. Spūſſanctus qn̄ veniat ⁊ qn̄ vadat pericu/
loſiſſime ignorat̄: mens em̄ quādo ignorat abſceſſum patet ſedu
ctioni: ⁊ que reditū non ſeruat erit ingrata viſitationi. Et nota
q̄ ſpūs vehemens dr̄. q. vehens mentē ad bonā o pationē ⁊ ce/
leſtiū contemplationē. Item cōmunicat ſe. ſſ. ſine diminutione.
vn̄ apl's. Repleti ſunt oēs ſpūſancto: nihil em̄ in ip̄is vacuū p l
manſit qd̄ nō ipleret̄. Cor ardore charitatis: intellectus ſcientia
vn̄ Joh. xvj. Cū venerit ille docebit vos oia. vn̄ v'ſus. Larga
dei pietas veniā nō dimidiabit. Aut nihil aut totū ꝓpitiādo da
bit. Itē cōicat ſe ſine pſonaꝝ acceptione. vn̄ dr̄. Repleti ſūt oēs
imo repleuit totā domū vbi erāt ſedētes apl'i. Ratio eſt iſta: q̄a
aut bona ꝯferētes aut orōni iſiſtētes. Spūs em̄ vbi vult ſpirat
q̄tū ⁊ quō vult: q̄ neſcis vn̄ veniat aut q̄ vadat Joh. iij. Vnd̄
poſtq̄ i natiōes effuſa ē gr̄a. ſſ. ait petrus Act. . In v'itate cō/
peri: q̄ nō ē acceptor de' pſonarū. Sz in oī gēte q̄ timet deuz et
opat̄ iuſticiā acceptor eſt illi.

## Sermo Secūdus vnde ſupra

Benedicam' p̄rez ⁊ filiū cuz. ſſ. Verba
iſta addita ſūt ab eccl'ia ad
cāticū daniel: i q̄b' v'bis ſpecificat̄ trinitas pſonaꝝ q̄
veneratiōe ac laude diḡ ē triplici rōne. Pr̄. ſ. ꝓpt̄ hois creatiōz
fili' ꝓpt̄ nr̄e carnis aſſūptionē. ſſ. ꝓpt̄ meſtoꝝ ſiue pctōꝝ ꝯſola
tionē. De p̄mo Deut̄. vlt̄. Nūq̄d nō ip̄e ē pr̄ tu' poſ. fecit ⁊ crea
uit te. Ip̄e ē q̄ ait Gen̄. iij. Faciam' hoiez ⁊c̄. Attēde o hō vn̄ te
fec̄ q̄tū ad corp' ⁊ humiliare: q̄ d' limo t̄re q̄lē te creauit q̄tū ad
aiam ⁊ eſſentiā ⁊ patri gr̄as age: q̄ ad imaginem ⁊ ſimilitudinez
ſuam. Vere pater ipſe eſt fideliſſimus: non ſolum creatione ſed
etiā tpali ꝓuiſione. Et hoc tā bonis q̄ malis: t ā magnis q̄ puſil
lis. Quia puſillū ⁊ magnū ipſe fecit ⁊ equalit̄ eſt ei cura de om/

nibus. De secundo Phil. ij. Qui cũ in forma dei eſſet ꝛc̃. Propter qꝺ dꝛ Joh. j. Verbum caro factum eſt. Glõ. Dei filius exiſtens fili⁹ pr̃is eſt filius mulieris. vnde dicere potuit in cruce pẽdens Joh. xix. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Propt̃ qꝺ legit̃ freq̃nti⁹ i euãgelio ꝙ filiũ hois ſe noiat ⁊ ñ dei: imo fratres nos appellat Heb. ij. Nõ ꝯfundit̃ eos fratres vocare. Nuſq̃ꝫ em̃ angelos apprehẽdit ſ; ſemen abrae. O quãta laude ac veneratione dignus eſſet iſte filius dei qui tantum ſe humiliauit. Chryſoſto: Non angelice nature data eſt hec dignitas vt deus ei in vna perſona iungeret: ⁊ reuera magnũ ⁊ mirabile ac ſtupore plenum eſt carnem ſurſuꝫ ſedere: ab angelis adorari. De tertio Joh. xiiij. Rogabo patrem meum ⁊ alium paraclitũ dabit vobis. Paraclit⁹ idem eſt qꝺ conſolator. Jpſe em̃ fons ⁊ origo eſt totius conſolationis Nam conſolat̃ nos in omni tribulatione noſtra: maxime peccatores qui merito triſtant̃. Exempluꝫ de heremita qui die ac nocte patrem ⁊ filium ⁊ ſpm̃ſanctũ benedixit.

## Sermo Tertius vndeſupra

BEnedicamus patrẽ ⁊ filiũ cuꝫ ſpiritu ſancto. Jn vbo ꝓpoſito aperte tangit̃ trinitas pſonaꝝ cui tria attribuunt̃. Patri potentia. filio ſapientia: ſpiritui ſancto bonitas ſiue clementia. Eſt ergo patris potẽtia formidãda: filij ſapiẽtia ãmirãda: ſpũſſancti bonitas ſiue clemẽtia imploranda De pmo. ſ. patris potẽtia Ecc. iiij. Magna eſt potentia dei ſolius. ps̃. Et magnitudis eius. ſ. potẽtie non eſt finis. Si ergo tam magnus tã potẽs eſt pater celeſtis: valde eſt formidãdus ⁊ maxime ab inimicis. Reg. ij. Dominũ formidabunt aduerſarij ei⁹ id eſt peccatores: ⁊ maxime in iudicio quãdo ſuper ipſos in celis tonabit. i. in aere illã terribilẽ ſententiã dicet Mat. xxv. Diſcedite a me maledicti ꝛc̃. Vere eternus eſt ignis: qꝛ in inferno nulla eſt redẽptio. Aug⁹. Mors eterna eſt: q̃ nullo fine claudetur: ad quã nulla accedit cõſolatio: ⁊ nũq̃ꝫ recedit deſpatio. De ſecũdo. ſ. filij ſapiẽtia Ecc. j. Ois ſapiẽtia a dño deo eſt. i. filius oia ſapiẽs ⁊ oia ſciẽs. Glõ. dꝛ xp̃s fons: vita: lux vera: de patre naſcit̃ ⁊ oia p ip̃m facta ſunt. Hui⁹ filij ſapiam mamirãs apl's. Ro. xj. exclamat dicens: O altitudo diuitiaruꝫ ſapie ⁊ ſcie dei.

rc̄. Ipſa em̄ ſapia ſua ꝛ ſcia penetrat corda hoim. pš.. Deus ſcit cogitatiões hoim vñ dr Mat. xij. Hō videt ea q̄ patēt: deꝰ aūt intuet cor. Ipe em̄ ꝑ ſuā ſapiaꝫ intuet ea q̄ ſūt i tenebris ꝛ i luce: in angulis: ꝛ in publico Heb. iiij. Oia nuda ꝛ apta ſunt oculis eiꝰ. De tertio. ſ. ſpūſſcti clemētia ſeu bonitate Sap̄. xij. O q̄ bonꝰ ꝛ ſuauis ē dn̄e ſpūs tuꝰ in nob. Glō. Amor dei fons totius bonitatis eſt: imo bonus ꝛ clemens eſt ſpūſſanctus. Dicitur em̄ Dr. ubi. xvj. Clementia eius quaſi imber ſerotinus. Glō. Clemētia eius q̄ſi imbri ſerotino cōparat: qr qđ fructū vite bn̄ agētes ꝑcipimꝰ nō libertas arbitrij: ꝟ ſupni facit irrogatiōe doni. ſ. ſpūſſcti bonitatē ſiue clemētiā: huiꝰ. ſſ. aīa ſctā cuꝫ eccl̄ia iplorat dicēs. Ueni creator ſpūs rc̄. Itē cōſolator optime.

## Sermo Quartus vnde ſupra

TRes ſunt qui teſtimoniū dāt i celo. Pr verbū: ꝛ. ſſ. Et hij tres vnū ſūt Joh. v. Nō q̄ btā trinitas de diuinitate ieſu xp̄i triplex teſtimoniū dedit: vicꝫ Pr̄ celeſtis in vocis intonatione: ip̄e filiꝰ in ſui trāſſiguratione: ſpūſſctūs in colūbe ſpecie apitiōe. De p̄mo Mat. iij. Uox de celis facta eſt: h̄ eſt filiꝰ meus dilectꝰ in q̄ mihi bn̄ cōplacui. Hic ē filiꝰ meꝰ. Glō. Cōſubſtātialis. Hilariꝰ. Hic ē filiꝰ meꝰ ꝓpriꝰ: vel meꝰ origie nō adoptiōe: veritate nō nūcupatiōe: nccītate nō creatiōe. Dilectꝰ ꝑ charitatē. Augꝰ. Pr̄ diligit filiū: quō pr̄ filiū nō quō dn̄s ſeruū. Quō verum nō quō adoptatū. In q̄ mihi bn̄ cōplacui: ꝟ complacui ꝟm Lucā. Remigiꝰ. Placitū meū cōſtituere vt ꝑ eū agem q̄ agēda ſunt. Genꝰ hūanū redimere. ſ. ꝑ ſacr̄m incarnatiōis: ꝛ paſſiōis. De ſcđo Mat. xxvij. Aſſūpſit petrū: iacobū: ꝛ iohem: ꝛ duxit eos i mōtē excelſuꝫ deorſū: ꝛ trāſſiguratꝰ ē an̄ eos. Plꝰ ibi. Aſcēdere. iij. meb iij. De tertio ibi. Appuerūt illis diſꝑtite lingue.

## De ſancto Johanne baptiſta

ERit magnꝰ coraꝫ domino Lu. j. Nota q̄ bti ioānis magnitudo triplex eſt ſiue fuit. Erat em̄ magnꝰ in ingreſſu: maior i ꝓgreſſu: maximꝰ in egreſſu. Primū quātū ad ipſiꝰ in vtero ſctificationē. Scđm quātū ad ipſiꝰ ſctāꝫ ꝯuſationē. Tertiuꝫ quātuꝫ ad martyrij paſſionē. De p̄mo h̄. Erit magnꝰ coram

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

dñ̃o.i.magnꝰ vite. Tria aūt iohis ingreſſū cōmēdabāt: vicȝ an/
nunciatio: in vtero ſanctificatio. Item natiuitatis exultatio.
Siquidē cōceptio ſua ſolēnit̃ annūciata fuit: ⁊ ab eodeȝ angelo
qui ⁊ ſaluatorē p̃nūciauit. vñ dr̄ Luc̃.j. Apparuit aūt illi.ſ.za/
charie angelus dñi ſtās a dextris altaris incēſi. Et ait: Ne time
as zacharia: exaudita eſt orõ tua: ⁊ elizabeth vxor tua pariet ti/
bi filiū ⁊ vocabis nomē eius iohānes. Ecce quāta h̃ cōcurrerūt
ſanctitate plena: nunciꝰ ſctūs.ſ.gabriel. Locꝰ: qr i tēplo ⁊ iuxta
altare. Hora ſctā ⁊ optia: qr hora incēſi. Itē in vtero ſanctifica/
tio ⁊ hoc cū adhuc portaret̃. vnde Luc̃.j. Spūſancto repletus
⁊ hoc ex vtero ſuo. Hiere.ij. Anteq̃ꝫ exires de vētre ſanctifica/
ui te: imo ex aduentu marie ſanctitate p̄fuſus fuit. Unde ait mr̃
iohānis Luc̃.j. Unde mihi hoc vt veniat mater dñi mei ad me.
Ecce em̃ vt facta eſt vox ſalutatiōis in auribus meis: exultauit
in gaudio infans in vtero meo: ſcȝ ex amore aduenientis. Item
quod plus eſt ipſa mater repleta ſpūſancto ⁊ ait. Benedicta tu
in mulieribꝰ: ⁊ benedictꝰ fructꝰ ventris tui. Item natiuitatis io/
hannis exultatio. Uñ dr̄ prī.ſ.iohānis. Et erit tibi gaudiū ⁊ ex/
ultatio ꝓpter natiuitatē filij quā angelus tm̃ cōmendaui dicēs
Erit magnꝰ corā dño: tū quō aptū ē os zacharie qđ dudū clau/
ſum fuerat.ſ. ab annūciatione vſq̃ꝫ ad diē circūciſionis iohānis
imo ⁊ multi in natiuitate eiꝰ gaudebūt ait angelꝰ. Uere em̃ mul
tum debet gaudere ſctā eccl̃ia qñ hō bonꝰ naſcit̃ maxie qñ tātꝰ.
De ſcđo Mat.xj. Inter natos mulieꝝ nō ſurrexit maior iohe
baptiſta: vicȝ quātū ad vite p̄fectionē. Et h̃ quo ad tria.ſ. Quo
ad ipſiꝰ victū: veſtitū: ⁊ habitationis locū. Siquidē tenuē fua
uit dietā Mat.iij. Eſca autē eiꝰ erat locuſta ⁊ mel ſilueſtre. Ec
ce qualis farina. Angelꝰ ait prī. Luc̃.j. Uinū ⁊ ſicerā nō bibet.
Sed iohānes ſupaddidit: qr nec ceruiſiā nec aquā forte coctam
bibit. Sicut quidā heremita qui luxuriā timuit: vñ etiā ipaȝ ne
ceſſitatē ſepe cauſabat̃ ſupfluētē. Quid de pane ⁊ alijs eſcis di/
cam: O quantū valet abſtinētia bonoꝝ hoim. Ber. Si cōtinē
tiam diligis circūcide ſupflua: ⁊ varia deſideria tua cōſtringe.
Cōſidera totū quātū natura poſcat: nō q̃ꜩtū ꝯcupiſcat: ꝓpterea
māduca vt viuas: noli viuere vt māduces. Itē veſtitꝰ eiꝰ aſpe/
rius fuit Mat.iij. Ipſe autez iohēs habebat veſtimētū de pilis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cameloꝝ nō agnelloꝝ. Quia qui mollib⁹ veſtiunt in domib⁹ regum ſunt. vñ Ber. Quere ad induēdū: nō qđ ſubtilius eſt ſ; qđ vtili⁹ inuenit: nō ꝙ frigus expellat: ſ; qđ ſupbire repellat. Nam deniq; iuxta regulā qđ vili⁹ pōt compari ſ; nō ꝙ venuſti⁹: imo vani⁹ oſtētari. Bene aūt veſtis aſpa: qꝛ in ea aſpa increpatione redarguebat Mat. iiij. Progenies inquit viperarū: qs vobis demōſtrauit fugere a vētura ira? vñ ait ad herodē. Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. Sequit. Et zonā pelliceā circa lūbos nā ſic carnē afflixit. Coꝛ. ix. Caſtigo corp⁹ meū ꝛ in ſeruitutē redigo: ne cum aliis pdicauero ipe reprob⁹ efficiar. Itē loc⁹: qꝛ in deſerto manebat. vñ Mat. iiij. Venit iohes baptiſta pdicās in deſto nō in ciuitatib⁹. Vere em̄ deſertū eſt loc⁹ pnie. Ibi em̄ ſegregant a tumultu hoies. vñ dr Heb. vij. d xpo qui fuit. ſanctus: innocēs: impollut⁹: ſegregat⁹ a pctōribus. Sic ꝛ iohānes vnde de ipſo cātat eccl'ia. Antra deſerti ꝛc̄. Ecce qui tāte ſanctitatis fuit ꝙ in vtero ſanctificat⁹ fuit: tum deſertū intrauit vt a venalibus ſibi caueret. Cui⁹ exēplo multi deſertū religiōis .i. clauſtra intrant vt peccata vitent. De tertio Reg. iij. Nunc ignoras qm̄ pnceps ꝛ maxime cecidit hodie in iſratl .ſ. abner quē ioab occidit. Vere maxi⁹ fuit iohes quē angel⁹ magnū futuꝝ ipe dñs maiorē int natos mulieꝝ dixit. Cecidit ergo iſte tā magn⁹ ppt laſciuiā mulieris. Dixit em̄ herodi Mat. xj. Non licet tibi hr̄e vxorē fratris tui. vñ cōpetit ei illud Ecc. iiij. Vſq; ad mortē certauit p iuſticia: nā ꝛ ipe iuſtus erat. vñ dr. Herodes metuebat iohānē ſciens eum virū iuſtū ꝛ ſanctū quo ad ſeipm.

## Sermo Secūdus vnde ſupra

QVis putas puer iſte erit: nā ꝛ manus domini cum illo eſt Mat. j. Nō ꝙ iohānes a tribus pſonis autenticis cōmendat: vicȝ Ab angelo: ab hoie ꝛ a deo. Prima cōmēdatio fuit in ipſi⁹ cōmēdatiōe. Secūda in nois ipoſitiōe. Tertia fuit i iudeoꝝ ꝯfutatiōe. Quarta fuit i iohis excellēti hūilitate. De pmo Lu. j. Elizabeth piet tibi filiū et vocab nomē ei⁹ Jo. h erit magn⁹ corā dño. Interl. Ecce rn̄ſio āgelica. Quis ergo puer iſte erit certe magn⁹ corā dño Intl. nō virtute corpis ſ; animi magnitudine. Glō. Magne coram dño

virtutis eſt p̄dicare in deſerto celeſtiū gaudiū: terrenas delitias ſpernere ob ludum laſciuitatis puelle capite truncari. Vocabis inquit nomē ei⁹ Johānes. Glō. Singularis meriti eſt idiciuz q̄tiēs a deo hoībus imponit̄ nomē vel mutat̄. Sed heu diuino nomen deitatis ignorat̄. De ſcdo Luc. j. Tu puer pꝓpheta altiſſimi vocaberis ꝛc̄. Vñ dr̄ puer iohānes a puritate: hūilitate liberalitate. Siquidē pur⁹ fuit beat⁹ iohēs: q2 i vtero ſcificat⁹ Hiere. ij. Anteq̄ȝ exires de vulua mr̄is tue ſanctificaui te Luc. j. Spirituſctō replet⁹ adhuc ex vtero mr̄is ſue. vñ dn̄s ip̄m angelo cōparauit Malach. xj. Ecce ego mitto angelū meuz. ſ. iohēz. Johānes em̄ vitā angelicā habuit. Hiero. In carne p̄ter carnē viuere nō eſt vita humana ſ; angelica: nō terreſtris ſ; celeſtis. Itē humilim⁹ fuit: q2 humilē habuit veſtitū: hūilimuz ſpm̄: q2 p̄curſor ipſi⁹ qui ait Mat. xj. Diſcite a me q2 mitis ſum ⁊ hūilis corde. Itē libalitate: q2 mdm ⁊ oīa ꝯtēpſit. Sic nec alid̄ appetiuit pꝑt qd̄ in deſerto habitauit: ⁊ h̄ a p̄meua etate. vñ Luc. ij. Puer creſcebat ⁊ ꝯfortabat̄ ſpūſctō: ⁊ erat i deſ̄to vſq̄ȝ ad diē oſ̄ſionis ſue ad iſrl̄. Tu ergo puer tāt⁹ pꝓh̄a altiſſimi vocaberis ꝑibis añ faciē dn̄i. pare vias ei⁹ Hiere. j. Prophetā in gētib⁹ dediſte. vñ p̄curſor dn̄i dr̄. O quāta cōmēdatio ꝙ de puero. i. d̄ infante tāta dicunt̄. De tertio Luc. xj. Quid exiſtis in deſertū: videre pꝓphetā? Etiā dico vobis pluſq̄ȝ pꝓphetā. Alij em̄ prophete dn̄m diu ante vēturū dixerunt: ſed iſte xp̄m digito demōſtrauit Joh. j. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mundi: imo et ꝗz ipſe dn̄i baptiſta fuit. Ecce quāta cōmēdatio iohānis. De q̄rto ait ip̄e iohēs Joh. j. Tu q̄s es? Quid dicis de te? Ipe ai . Ego vox clamātis in deſerto ꝛc̄. Negauit em̄ ſe eſſe xp̄m quē tñ ip̄m eſſe putabāt pꝑter vite ſanctitatē. vñ dixit: Nō ſum ego xp̄us: imo ait: Cui⁹ nō ſū dign⁹ ſoluē corrigia calciamēti ei⁹. Helias es tu? ait nō. Sed vox clamātis in deſerto. Ecce humiliatio.

## Sermo Tertius vnde ſupra

**Ecce ego mitto** angelū meuz qui p̄parabit viā tuaz ante Malach. xj. Nō ꝙ btūs iohēs a q̄tuor cōmēdat̄: vicz A ſanctitatis maturitate: a pn̄ie auſteritate: a vite puritate: ⁊ a perfectionis multiplicitate. De p̄mo Luc. j. Spūſancto

replet⁹ adhuc ex vtero mrīs ſue. Ecce ꝙ matura fuit ei⁹ ſctitas. Johē. Quidā eñ in ſenectute: qdā in iuuētute: qdā in initio vite ſue ſctificant. Iſte aūt quidē i vtero mrīs ſue. Hiere. j. Añq̄ꝫ exires de vētre ſctificaui te: qḋ eſt ꝯ illos qui morā nimiā faciūt in ſua ꝯuerſiōe Ecc̄. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m: ⁊ ne differas de die in diē. Threñ. iij. Bonū ē viro cū portauerit iugū ab adoleſcētia ſua. Glō. Magnū eſt iuuenibus a vitijs abſtinere. De ſcḋo Mat. iij. Eſca autē ei⁹ erat locuſta ⁊ mel ſilueſtre. Nullus eñ ſine culpa portauit tātā pniaꝫ: vt ptꝫ in vita ſua: Ibi erit magnus corā deo. mēb. j. De tertio dr̄ ħ. Ecce mitto angelū meuꝫ. Vñ dr̄ btūs iohēs angelus duab⁹ de cauſis: vicꝫ Quia vitā duxit angelicā. vñ Chriſo. Puto ꝙ glorioſior fuit Joħ. qꝛ fuit hō ⁊ qꝛ ꝑpt meritū virtutis fuit angelus vocat⁹ ꝙ ſi noīe angel⁹ fuiſſet ⁊ natura. Proprie eñ nomen obtinuit angeli ꝑ grām qḋ nō habuit ꝑ naturā. Hiero. In carne ꝑter carnē viuere angelicum nō humanū eſt. Itē ꝑpter officij dignitatē. Angel⁹ eñ ideꝫ eſt ꝙ miſſus vt ħ. Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā Joħ. j. Fuit hō miſſus a deo cui nomē iohēs erat Eſa. xviij. Ite angeli velocit̄ ad gentē cōuulſaꝫ ⁊ dilaceratā ad pplm̄ terribilē poſt quē nō eſt alius gentē expectantē ⁊c̄. De q̄rto Mat. xj. Quid exiſtis in deſertū videre ꝑphetā? Etiā dico vobis plus ꝙ ꝑphetam. Ipſe eñ fuit virgo: qꝛ ſanctificat⁹ in vtero: cui⁹ virtute luxuriaꝫ declinauit. Fuit confeſſor qꝛ heremita. vnde dr̄ Joħ. iij. Puer aūt creſcebat ⁊ cōfortabaṫ plenus ſpū ſancto ⁊ erat in deſerto. Ecce dicit puer erat in deſerto. vñ cōpetit ei illud Threñ. iij. Sedebit ſolitari⁹ ⁊ tacebit ⁊ leuabit ſe ſuper ſe: ⁊ hoc per diuinam contēplationē. Fuit eñ angelus miſſus a deo. Fuit etiā ꝑpheta Luc̄. j. Tu puer ꝑpheta altiſſimi vocaberis.

## In feſto Marie magdalene

Mulierem fortez quis inueniet Prouer. vlṫ. Nota ꝙ beata maria magdalena fortis fuit quo ad duplicē ſtatum: vicꝫ Culpe ⁊ gratie. Primo quo ad pcti impudentiā: frequētiam: ⁊ abundantiā. De pmo Luc̄. viij. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate vbi erat multitudo populi ob quā nō verecūdabaṫ cōmittere peccatū. vñ diciṫ Hiere. iij. Frons meretricis facta ē ti/

bi noluiſti erubeſcere. vnde ibi notoria erat. Propt̄ quod Gre
go appellat eam famoſiſſimā peccatricem. vn̄ illi dixit phariſus:
quia peccatrix eſt. Propter quod deplangit eā ꝓpheta Thre
no .iij. Cui inquit compabo te vł aſſimilabo te filia hierl'm. Glō.
Cui compabo aīam leproſā: vbi nec ſpecies nec forma inuenit̄
Tota eſt informis: tota horribilis. Eſa .iij. Peccatū ſuum qua/
ſi ſodoma predicauit. De ſecundo dicit̄ ibi peccatrix ꝙ non fui
ex vno actu: ſed quia actū pluries reiterauerat. Sicut dicitur
ebrioſus nō ꝙ ſemel inebriatus fuit: ſed quia in vſu habet. O q̄
periculoſa recidiuatio in egrotis corpore: maxime qui egrotat i
aīa ⁊ ſepe recidiuū facit. vnde Prouerb. xxvj dr̄. Canis reuer
ſus ad vomitū: ⁊ ſus lota in voluiabro ſuo. Sic imprudens qui
iterat ſtulticiā ſuam. Hec frequētia ducit hoīez in malā cōſuetu
dinem. Aug⁹. Suſpirabā ligat⁹ nō alieno ferro: ſꝫ mea ferrea vo
lūtate. De volūtate quippe ꝑuerſa nata eſt libido: ⁊ dū lib  lini
ſeruit̄ facta eſt conſuetudo: ⁊ dū cōſuetudini nō reſiſtit̄ facta eſt
neceſſitas: quibus quaſi quibuſdā anſulis (vt ita dicā) ſibimet
innexis obſtricta me tenebat dura ſeruitus. De tertio Luc̄.
Remittūtur ei peccata multa non pauca. vnde dicit̄ Matth.
vlt̄. Ꝙ dn̄s eiecit de ea ſeptē demonia .i. ſeptē criminalia p[illegible]ca/
ta. vnde dr̄ Hiere. iij. Leua oculos tuos in circuitu tuo: et vide
vbi ꝓſtrata ſis. Idē. Tu fornicata es cū amatorib⁹ multis. Sꝫ
valde ꝯſolatoriū eſt qđ ſequit̄. Tamē reuertere ad me dic̄ dn̄s.
Ecce q̄ fortis fuit maria magdale in ſtatu culpe. Iſtud pericu/
loſiſſimū eſt ⁊ ad minus perdit duas aīas. Circa ſtatum gratie
ſimiliter fortis fuit tripliciter: vicꝫ In obprobrij confuſione cor
dis cōtritiōe: ⁊ plenarie ſatiſfactione. De p̄mo Luc̄. . vbi ait
phariſeus. Hic ſi eſſet propheta ⁊c̄. O quanto obprobrio: ⁊ q̄
turpit̄ iſte iſtā magdalenā infamauit: qđ tm̄ iſtā a peccatis nō re
traxit: ⁊ etiā corā tot hoībus ait: Si eſſet ꝓpheta ſciret vtiqꝫ q̄
quantū ad ꝑſonā: ⁊ qualis eſt quātū ad famam: q: peccatrix eſt
quantū ad vitam. Certe ꝓprium eſt phariſeorū alios condēna/
re: ſeipſos iuſtificare. vnde Luc̄. xviij. Deus gratias ago tibi
⁊c̄. O q̄ fortis fuit iſta in hoc obprobrio ⁊ confuſione. vnde di/
citur Ecc̄. iiij. Eſt confuſio adducens peccatū: ⁊ eſt cōfuſio ad/
ducens gloriā ⁊ gratiam. vnde cōpetit ei illud Thob. v. Forti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gso eſto in ꝓpo vt a deo cureris. De ſecūdo dr̄ Threñ. iij. Ma
gna eſt velut mare ꝯtritio tua: quis medebit tui. q. d. nullus ni
ſi ad eum redeas a quo receſſeras. Et ecce ſtat retro ſecꝰ pedes
dñi. Cuius ꝯtritio tāta fuit vt fuſis lachrymis pedes ſaluatoris
irrigauit. vñ potuit dicere cuȝ pš. Cor cōtritū ⁊ humiliatū. Ve
re nō deſpicit ſed reſpicit Eſa. . Recogitabo tibi oēs annos
ſuos: in amaritudine aīe ſue cogitauit qd fecit ⁊c̄. Quia dicit
Augꝰ. Ex inter oēs tribulationes aīe non eſt maior q̄ȝ tribulatio
peccatoruȝ. De tertio Luc. v. dicit Lachrymis cepit rigare pe/
des eꝰ ⁊ capillꝭ terſit: ⁊ oſculata eſt pedes eiꝰ. Quid ergo d̄ aliȷs
mēbris fecit quādo capillis nō pepcit: bene ergo lintheū habuiſ
ſe ad tergendū: ſeq iuxta cōſiliū aplī fecit Ro. vj. Sicuit exhibu
iſtis membra vr̄a ſeruire imundicie ſt iniquiti ad iniquitatē: ita
nūc exhibete mēbra vr̄a ſeruire iuſticie in ſanctificationē. Pro/
pter hoc ergo multiplicia ſatiffactionis ſigna a dñō audire me/
ruit. Remittunt ei peccata multa: vade in pace. Q q̄ȝ plenarie
ſatiffecit, que poſt aſcenſionem. xxx. annis in heremo ſolitaria
manſit.

## Sermo Secūdus vnde ſupra

Stans retro ſecꝰ pedes dñi Lu. vij.
Nō q̄ beata maria ma/
gdalena tribꝰ vicibus legit dñō aſtitiſſe: viȝ Ad pe
des: ad crucē: ⁊ ad monumētū. Primo quo ad ſtatū
penitētiū: ſcd̄o q̄ ad ſtatū ꝓficiētiū: tertio q̄ ad ſtatū ꝑficiētium.
De pmo h. Stās retro ſecꝰ pedes dñi. Stetit eñ pata ſeruire q̄
iacēdo ſepe offenderat. Stetit retro ꝓpt verecūdiā. vñ Eſdre.
viij. Dñe cōfundor ⁊ erubeſco leuare faciē meā ad te. qm̄ iniqui
tates mltiplicate ſūt ſup capita nr̄a: ⁊ delicta nr̄a venerūt vſq;
ad celū. Secꝰ ꝓpt cōfidentiā. pš. Bonū eſt ꝯfidere in dño. Ve
re multū cōfidebat q̄ tā ꝓpe ſtabat. quia bonus dñs ſperantibꝰ
in ſe Threñ. iij. vnde ait dñs Eſa. lxij. Non vocaberis vltra de
relicta: ſic nec iſta. Stetit ergo maria tanq̄ȝ ad fontem miſericor
die in domo ſimonis leproſi: ⁊ tm̄ fodit q̄ ipſa impetrauit aquā
compunctionis imo remiſſionis. vnde audire meruit. Remittū
tur ei peccata multa: quoniam dilexit multuȝ. De ſecūdo Joh.
xviij. Stabat iuxta crucē ieſu mater eius ⁊ maria magdalena: ⁊

hoc vt haberet intuitionē ⁊ formationē. Siquidē intuitionē q̄/
rebat ab hoste antiq̄ qui dudū eā possederat Job. xvij. Libera
me ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis manꝰ pugnet ꝯtra me. i. plena
tua ꝓtectio. Si latro in xp̄i cruce tuitionem inuenit: multo foꝛ/
tiꝰ maria q̄ multū an̄ penituit. vn̄ cū p̄s. petiuit dicēs: Sub vm/
bꝛa alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me: a facie ipioꝝ qui me afflixerūt. Multi
em̄ erāt impij qui eā diu afflixerāt: qꝛ septē demonia. Itē stabat
iuxta crucē ad infoꝛmationē: ibi em̄ erat exēplar oīm ꝟtutū ⁊ cō
sūmatio. Vn̄ ergo dn̄s ait pēdēs in cruce Joh. xix. Cōsūm ... ē
Ibi em̄ oīa ꝯsūmata erāt q̄ ad suā ꝑtinebāt passionē ⁊ nr̄azi foꝛ/
mationē: imo ⁊ redēptionē. Multū ergo infoꝛmati sumꝰ ad cru
cē dn̄i maxie ꝓficiēdo in ꝟtutibꝰ. De tertio Joh. xx. maria sta/
bat ad monumētū foꝛis ploꝛās: ⁊ h̊ ad ꝯsolationē ⁊ dei visionē
Siquidē magna fuit ꝯsolatio marie videre angelos cuz adhuc
videre dn̄m nō meruit. Mulier inquiūt q̄d ploꝛas. q. d. quē q̄/
ris: Surrexit nō ē h̄. Vere magna ꝯsolatio nō solū marie: ꝫ etiā
oībꝰ fidelibꝰ xp̄i resurrectio: qꝛ sicut xp̄s resurrexit ⁊ nos resur
gemꝰ: ⁊ ad p̄miū recipiēdum sicut dꝛ. j. Coꝝ. xij. Magna ergo
cōsolatio eiꝰ qꝛ vidit angelos q̄s nec petrus nec Johēs videre
meruerūt. Propt̄ qd̄ dꝛ Joh. xxj. Abierūt ergo discipuli ad se/
metip̄os. Maria aūt stabat ad monumentū foꝛis ploꝛās: vn̄ fa
cta ē ei magna ꝯsolatio: qꝛ p̄ma oīm videre meruit dn̄m Mar.
vlt̄. Surgēs iesūs mane p̄ma sabbati: apꝑuit p̄mo marie mag/
dalene: h̊ ꝓpt̄ ardoꝛē dilectiōis: ⁊ ꝑseuerātiā inq̄sitionis. vnde
Gregꝰ. suꝑ illo ꝟbo Joh. xxj. Dū ergo fleret inclinauit se ⁊ pꝛo
spexit in monūmētū: ⁊ ꝙ semel aspexisse nō sufficit: qꝛ vis amo/
ris intētionē multiplicat inquisitiōis. Plus ibi. Surgēs ih̄s.

## Sermo Tertius vnde supꝛa

Lachꝛymis cepit rigare pedes eiꝰ Lu.
vij. Nō ꝙ btā maria mag/
dalena tripliciť lachꝛymas fudit. s. De pctōꝝ cōmis/
sione: lazari tumulatione: ⁊ in dn̄i resurgētis absen/
tatione. Prime lachꝛyme fuerūt cōtritiōis: scd̄e cōpassionis: ter
tie dilectionis. De p̄mo Luc. vij. Stās retro secꝰ pedes dn̄i la/
chꝛymis cepit rigare pedes eiꝰ. O quāte efficacie fuerūt iste la/
chꝛyme: qꝛ oēm maculā abluerūt. Chꝛysosto. Nihil ita ꝯgluti/

…mit deo ſicut p…nitētis lachryme. Ber. O hūilis lachry-
Plus ibi. Mulierē fortē circa ſīm. ⁊ ibi. Flauit ſpūs tuus:
⁊ operuit eos mare mēb. ſ. De ſcdo Joh. xi. Dn̄e ait maria ſi h
fuiſſes frat̄ meꝰ nō eſſet mortuꝰ. Et infra. Jeſus autem vt vidit
eam plorantem fremuit ſpū: ⁊ turbauit ſemetipſum ⁊ lachry-
matꝰ ē. Ecce quāte efficacie fuerunt lachryme ille q̄ ad tāta ⁊ ad
talia xp̄m deducebāt. vn̄ dicit Hiero. Nō fleuit dn̄s mortuū la-
zaruz: ſ vt recidiuiuū cōpatiēs illi ad p̄ſentis vite miſeriā reuer-
ſu… Ecce maria cōpatit̄ tanq̄ȝ fratri: ieſus ſimilit̄ cōpatit̄ tanq̄ȝ
creature. Ecce plorat miſera: plorat ⁊ miſericordia: nō ſolū autē
plorās maria dn̄m ꝓuocabat ad lachrymarū cōpaſſionē: ſed ad
mortui reſuſcitationē. vn̄ ait: Lazare veni foras. Plꝰ ibi. Mor-
tuus. mēb. ij. in fine. De tertio Joh. xxiiij. Stabat ad monumē-
tum foris plorās: ⁊ h ex dilectione. quē enī priꝰ plorabat defun-
ctuz mō plorat ſublatū. Vere nihil ei ſapiebat niſi diligere ⁊ dul-
citer flere. vn̄ ait ei dn̄s. Mulier quid ploras quē queris? O ſi
eſſet nob dolor d xp̄i abſentia q̄rueremꝰ eū vtiq̄ȝ cū diligētia: imo
plāgeremꝰ ex triſticia. ibi. Querere. ⁊ ibi. Triſticia.

## Sermo Quartus vnde ſupra

Hic ſi eſſet ꝓpheta ſciret vtiq̄ȝ q̄ ⁊ q̄lis eēt mulier q̄ tāgit eū: q꞉ peccatrix eſt. Luc. vij. Nota q̄ q̄ttuor habuit maria madale-
na validiſſimos ꝯdictores cōtra ſe murmurātes: vicȝ
phariſeū marthā: iudā: ⁊ diſcipulos vniūſos. Primꝰ murmu-
rat in lachrymatiōe: ſecūdus in verbi dei auditiōe: tertiꝰ in vngē-
ti effuſione: quartus in ſepulture p̄paratione. De p̄mo hic. Vi-
dens aūt phariſeꝰ qui vocauerat eū ait intra ſe dicēs: Hic ſi eēt
ꝓpha ſciret vtiq̄ȝ ⁊c. Interl. Quē edicit rep̄hēdit: q꞉ ſubuenit.
O iniqua rep̄henſio. Sic illi qui dicebant Mat. xx. Pares il-
los nob feciſti qui portauimꝰ pōdus diei ⁊ eſtus. Tales impu-
gnāt dei miſcdiaȝ miſeris iuidētes. Plus ibi. Mulierē fortem
q̄s iueniet circa ſcdam mēb. ſ. Hūc aūt phariſeū mltiplr̄ rep̄hē-
dit ⁊ mariā p ꝯſequēs cōmēdauit. Duo inq̄t debitores erāt cui-
dam feneratori ⁊c. Vides inquit hāc mulierē. Intraui in domū
tuaȝ aquā pedibꝰ meis nō dediſti. Hec aūt ex quo intrauit non
ceſſauit lachrymis pedes meos rigare. De ſecūdo Lu. iiij. Do-

mine non eſt tibi cure ꝙ ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare
Vere cura eſt de omnibus ſcilicȝ actiuis ꝛ paſſiuis. ps̄. Cogno
ui omnia volatilia celi. i. contemplationes: ꝛ pulchritudo agri
mecum eſt: id eſt actiui qui agrum terreſtrem colunt: quorum
vnum ſine altero eſſe non poteſt. Nam excuſando mariam ait:
Martha martha ſollicita es ꝛ turbaris erga plurima. Ma/
ria optimam partem elegit que non auferetur ab ea: ſcȝ ſoli deo
adherere. Siquidem bona eſt actiua: melior cōtēplatiua. Iſta
bona que deum paſcit: illa melior que a deo paſcitur. Iſtam cō
mendat dominꝰ Mat. xj. vbi dicit. Venite benedicti pr̄is mei
ꝛc̄. Eſuriui eñ ꝛ dediſtis mihi manducare. Et Matth. x. Qui
vos recipit me recipit. Iſtam cōmendat ſuper illam cum dicit:
Maria optimā partez elegit: ſcȝ chriſtū quo habito omnia ha/
bentur. De tertio Joh. xij. ait iudas. Quare hoc vngentū non
vendidit. ccc. denarijs ꝛ dat egenis? Sed iſte miſer egenis ſb/
traxit ꝛ ſibi reſeruauit: quia fur erat ꝛ loculos habebat. O miſe
ra ꝛ dānabilis ꝓprietas que auaricie ſtuduit egenis ſubtraxit:
ꝛ dominū vendidit. Propter qd̄ laqueo ſe ſuſpendit. vnd̄ dn̄s
excuſando mariā ait: Pauperes ſemꝑ habetis vobiſcū: me au/
tez nō ſemꝑ habebitis vobiſcū: ꝛ cū volueritis poteſtis illis be
nefacere: me aūt nō ſemꝑ habetis. Piuȝ eſt paupibus erogare
ſed impiū alienū contra ſalutem cōgregare. vnde Matth. viij.
Quid prodeſt hoi ſi mundū vniuerſum lucret: aīe vero ſue de/
trimentū patiat. Aut quā dabit homo cōmutationē ꝓ aīa ſua.
De quarto Mat. xxvj. Videntes aūt diſcipuli indignati ſunt
dicētes: Vt quid perditio hec? potuit eñ illud venundari mul/
tum ꝛ dari pauperibꝰ ꝛ fremebant in eam. O quotiēs indigna
tur homo de alicuius gratitudine ſiue gratia. Si eñ quis gratꝰ
ꝛ acceptus eſt dn̄o. ſ. alij pſequunt eū. Ad mariaȝ eñ dn̄s ſepe
declinauit ꝛ māſit: ꝛ cuȝ ea cenauit ꝛ facta ē cōmendatio. Quid
inquit moleſti eſtis huic mulieri: opus bonū opata eſt i me: mit
tens eñ vngētū hoc in caput meū ad ſepeliendū me fecit. Ecce
quomodo amabat eam.

## Sermo Quintus vnde ſupra

ET cognouit quia ieſus accubuiſſet in
domo ſimōis leproſi: at/

tulit alabaſtrũ vngẽti Luc. vij. Nõ ꝙ beata maria magdalena
dño ſedenti ad cõuiuium ſex attulit ſpũalia fercula cuȝ vngento
quibus ferculis dñm laute cibauit: dicit em̃ Ber. Lib⁹ ei⁹ eſt pe
nitẽtia mea: cibus eius eſt ſalus mea. Sunt autez fercula marie
ppꝛie egritudinis recognitio: ſalubris. ſ. cõfuſio: excellẽtiſſima
humiliatio: lachrymoſa ꝯtritio: plenaria ſatiſfactio: ⁊ vehemẽs
xpi dilectio. De primo dicit̃ hic: vt cognouit ꝙ ieſus accubuiſ/
ſet. Quia ergo ꝯgnouit egritudinẽ. ſ. mox queſiuit medelã. Au/
guſti. Nouit quãto morbo laborauit: ⁊ illũ ad ſanandũ idoneũ
eſſe ad quem venit. Acceſſit imunda ⁊ redijt mundata: Acceſſit
egra ⁊ redijt ſana. O quot ſunt qui non ſolum vna infirmitate:
vel vno laborant vulnere: ⁊ tamẽ non cognoſcunt. Aliorũ vul
nera vident ⁊ conſiderant: ⁊ ſua quandoq̈ non attendunt. Sic
phariſeus iſte vulnera marie. vnde dicit̃ Luc. vj. Qui vides fe
ſtucã in oculo fratris tui: trabem in oculo tuo non vides? Quo
aũt cognouit maria. ſ. ꝙ periculoſa fuit ei⁹ egritudo. Propt̃ qð
ſtatiȝ vt cognouit ꝙ ieſus accubuit venit. Itẽ quia notoria fuit
eius infirmitas ideo publice venit in conuiuiũ nec erubuit. Sed
heu aliqui erubeſcunt vni ſacerdoti ſemel confiteri. ibi. Cõuer/
timini. Cognouit ergo maria ꝙ fecit ⁊ voluit moderare quid fa
ceret. De ſecundo require. Mulierez fortem quis inueniet cir/
ca ſecundũ principale meb̃. j. De tertio ibi. Secus pedes domi
ni non ad caput. Multũ em̃ ſe humiliauit: qꝛ magnã infirmita/
tem ſuã eſſe cognouit. O q̃ȝ infirma fuit que nõ ſolum ſeptez vi
tia mortalia: ſed etiã ſeptem demonia habuit. Sed vt ad pedes
dñi humilit̃ acceſſit oĩs malignus ſpũs ab ipſa receſſit Abac. iij
Egrediet̃ diabolus pedes eius. vnde qꝛ ſanitatẽ ad pedes dñi
accepit: nunq̃ȝ ð ipſis obliuiſci potuit: quapropter ipos lachry/
mis rigauit: capillis terſit oſculata eſt ⁊ vnxit. Martha mini/
ſtrãte ad pedes domini ſedit. Lazaro fratre eius mortuo ad pe
des eius corruit in reſurrectione eius pedes peruoluta tenuit.
De q̃rto ibi. Lachrymis cepit rigare pedes ei⁹. meb̃. j. De q̃nto
ibi. Capillis capitis ſui terſit. ibi. Mulierẽ fortem. meb̃. iij. De
ſexto ibi. Oſculabat̃ pedes eius. Oſculũ em̃ magne dilectionis
eſt ſignum: magnum ergo feruorẽ dilectionis domino oſtendit
quãdo diſcipulis a ſepulchro recedentib⁹ non receſſit. vnde etiã

am ipſi primo omniũ apparuit Prouerb. viij. Ego diligentes
me diligo. Et qui mane vigilauerint ad me iueniẽt me: imo ad/
huc plus meruit. Unde adiecit Luc. vij. Remittuntur ei pec/
cata multa.

## In Aſſumptione Marie virginis

ET ſic in ſyon firmata ſum: ⁊ in ciui/
tate ſanctificata ſimili/
ter requieui Ecc. xiiij. Nota ꝙ ad pfectiões beate vir
ginis legim⁹ eam in vtero ſanctificatam: a ſpũſancto
obumbratã: virtutib⁹ cõfirmatã: ⁊ corpe ⁊ aĩa ſup ethera eleua
tam. De primo hic. In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui.
Scimus ꝙ hieremias in vtero ſanctificatus erat: quia prophe/
ta domini erat: vnde priuſq̄ formarem te ait dominus: in vte/
ro noui te: ⁊ anteq̄ de ventre exires ſanctificaui te. Ideo certe
quia prophetam in gentibus dedi te. Ipſe enim prophetando
de dñi aduentu ait: Nouũ faciet dñs ſuper terrã. Femina circũ
dabit viruz. Johes baptiſta in vtero ſanctificatus: q: baptiſta
dñi futur⁹ erat Luc. ij. Spũſancto replebit adhuc ex vtero ma
tris ſue. vñ dicit Mat. iij. Uenit ieſus a galilea in iordanez ad
iohãnẽ vt baptizaret ab eo. Quia licet ſanctificat⁹ in vtero: cõ/
uerſatus in heremo: tñ indignũ ſe reputãs phibebat euz dicẽs:
Ego a te debeo baptizari ⁊ tu venis ad me. Greg. In vtero ma
tris ſctificat⁹: a deo cõmendat⁹: in heremo cõuerſat⁹: non audet
tangere verticẽ dñi. Et tu peccator quõ non dico verticẽ ſed de
um ⁊ hoĩem in ergaſtulo tui corpis audes includere. O ii tales
moderni baptiſte pereũt. Beata aũt virgo ideo in vtero ſancti/
ficata fuit. q: mater filij dei futura erat. Et merito: q: domũ tuã
dñe decet ſanctitudo: ſanctificauit eñi tabernaculũ ſuum altiſſi/
mus pſonalit. Nam dicit in legenda ꝙ ioachim pñi marie ap/
paruit angelus annũcians ei de conceptu marie ⁊ ait: Spũſan/
cto replebit adhuc ex vtero matris ſue. Ber. Fuit pcul dubio
mater dñi ſancta anteq̄ nata. Maria autẽ non ſolũ in hac ſan/
ctificatione alios precellebat: ſed ⁊ puritate ſcz pphetas: patri/
archas: imo ⁊ ipos angelos iam beatificatos. vñ Ber. Que vt
angelica puritas marie puritate audeat comparari. Aug⁹. Ea
puritate nitebat qua ſub deo maior eſſe nequit. De ſecundo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

